



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, praecipuè aegras & captivas ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

§. 9. Quid circa Monialium instructionem sit observandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](#)

asserit. Accipit pecuniam læta mater, & ex ea vestem filii honestam confici curat; cum autem vicini ita vestitas reant, & tales pecuniam ex questu impudico comparata spicarentur, mater de infamia filiarum sollicita ad temp properat, & B. V. hanc necessitatem commendat, & sanguinum auditæ sunt præces. Nam die quodam festo, dum ante domum sedent, adest de cœlo Angelus, & in conspectu multorum rosas virginibus tradit, dicens, eas ab ipsarum Iesu matre in testimonium illæsæ virginitatis missas fuisse. Id ubi Princeps illius terræ intellexit, geminum monasterium dificavit, & utrique has virgines præesse voluit. V. Spec. Bempl. d. 9. ex 117. fol. 638.

## §. IX.

## Quid circa Instructionem Monialium sit observandum.

I. His ante omnia concutur persuadere Operarius, ut illas S. Bernardi sententiam: *Ad quid venisti; ob ea semper habeant, ideoque generosè mundo valedicentes, Ium Christum pro sposo eligant, certoque sibi persuadet quidquid sponsa in sposo suo vel exoptare posset, id omnibus in Christo infinites perfectius reperiere; ideoque menisse eas jubeat sententia illius à S. Paulor. ad Corinth. prolatæ: Qua nupta est, cogitat, qua mundi sunt, quomodo placeat viro, & mulier innupta, & virgo cogitat, quae Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu.* Audiant ergo & plere studeant consilium in simili negotio Viduis à S. Augustino de bono viduitatis datum, dum ait: *Currite ad illum, ete illi ex illo, vivite cum illo, in illo, de illo.* Præcipue illas hortetur ad magnam corporis, animiq; integritatem. Orationis studium, ad obedientiam, modestiam & patientiam; haec enim virtutes maximè sponsam Christi decent.

II. Porro tentationes ipsarum ad quatuor ferè species revocari possunt. Prima oritur ex solitudinis religiosæ studio; contra hanc sic illas muniatur. 1. proponat illis exemplum avicularum inclusarum, quæ ab initio quidem solidinis impatientes exitum ubique sollicitè querunt, sed post solitudini assuetæ, adeò delectantur illâ, ut neque ap-



etiam ostio excent; idem ergo ipsas sperare tanto certius jubeat, quanto fortior est gratia divina, quam consuetudo. 2. Revocet illis in memoriam, quomodo pleraque uxores in sacerdoto solitariæ domi residenceant, & interea mille crucibus & curis oneratae gemant, & felices Virgines DEO consecratae & inclusas prædicent; gaudeant ergo illæ, sibi obtigisse felicitatem, quam aliae tantopere expetunt, neque tamen obtainere possunt. 3. Ostendat illis peculiaris favoris indicium hoc esse, quod DEVS ira illas inclusuerit; ut enim Venatores Accipitri oculos obvelant, ne vilarem prædam insectatus nobiliori dimittat; Ita Deus obvelat oculos mentis & corporis Monialibus, ne videant & desiderent vanitatem mundi, & sic DEVM concupiscere & amare omittant. Sicut item Imagines elegantes & altaria velis obreguntur, ne sordibus infectæ splendorem suum & pulchritudinem amittant; Ita Deus Moniales vult obvelatas esse, ut tanto pulchrior ipsarum anima, puriorque remaneat, aptaque fiat ad Sacrificium Holocausti in ea offerendum. 4. Meminisse jubeat, quid sponsus ipsarum per Oseam c. 2. dixerit: *Ducame eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Si ergo in solitudine JESVS est, & esse cum JESV Paradisus est; cur solitudinem horreat Christi Sponsa? Audiant ergo Thomam de Kempis l. 1. c. 20. sic loquentem; si cuncta videres praesentia, quid essent nisi visio vana? Eleva oculos tuos ad Deum in excelsis; & ora pro peccatis tuis & negligentijs. Dimitte vana vanis, tu autem intende illis, quæ tibi præcepit Deus. Claude super te ostium tuum, & voca ad te JESUM dilectum tuum, mane cum eo in cella, quia non invenies alibi tantam pacem.

III. Secunda tentatio oritur ex defectu temporis ad Orationem; quandoque vero ex consolationum, quas sub preceptibus sentire cupiunt, carentia, Contra hanc sic illas muniatur, & in primis ostendat illis meliorem esse & gratiorem DEO obedientiam, quam victimas Orationis & sacrificia laudis. Certe quemadmodum servus in vinea laborare jussus, si Dominu suo domi suaviter canere, vel cytharam ludere vellet, minimè gratum obsequium ipsi præstaret; ita nec hominis grata DEO Oratio esse potest et tempore, quo DEVS aliud ab ipso obsequium perit. Doceat præterea, ipsum opus obedientiarum Orationem esse; sic enim S. Augustus super Ps. 150. Cum quæ-

quæsiſſet, quomodo res ratione carentes à S. Davide ad mis-  
dandum DEVM invitatae laudare ipsum possint: respondet autem  
eo, quod ipsi obedientes sint, & suos effectus ad nutum Christi  
producant: unde subjicit S. Doctor. *Vix semper laudare* quia  
*bene fac omnia, & laudasti Deum.* Insuper firmiter illis  
suadeat, ipsas consolationes, quæ in Oratione sentiuntur  
propter obedientiam relinquuntur, per obedientiam meam  
recuperari, si enim gaudium est in hoc mundo, hoc mihi  
possidet puri cordis homo; quis autem cor purius & meum  
rem conscientiam habet, quam is, qui in omnibus DEI Reli-  
luntatem se impleuisse advertit: Nimirum talibus contingit  
quod illi Moniali, quæ cum Christum, qui ipsam visitau-  
ad portam vocata dimisisset; rediens adhuc invenit, dicen-  
tamen, se abitum fuisse, nisi ipsa, quod obedientia voca-  
rat, abiisset. Suadeat ergo illis, ut in mensura Orationis  
Thobiæ consilium sequantur, ad filium suum, in alia licet  
teria, dicentis: *Si multum tibi fuerit, abundanter tribuit;*  
*exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertire* sicut  
Tob. 4. Quod ipsum etiam Christus S. Catharinæ Senensi  
dicavit dicens: *Sanctum desiderium animæ* (seu bona vol-  
tas) *continua Oratio est,* quia habet virtutem Orationis.  
*quidquid homo in Dei proximitate, charitate facit, potest vo-*  
*ri Oratio, cum charitatis affectus pro Oratione reputetur.*  
Blosius in Monil. spir. c. 3. Secundò illis, quæ desola-  
tiones in oratione patiuntur, firmiter persuadere conetur, in  
sensibilibus consolationibus non consistere profectum & per-  
fectionem hominis, sed potius in integra resignatione sui  
manus DEI; multoque graviores DEO, chariorēsque esse au-  
mas, quæ desolationes patiuntur & ariditates, quam quæ con-  
solationibus avidè inhiant. Quod pulchritè aliquando Deo  
Personæ cuidam desideranti scire, quænam animæ DEO ch-  
rissimæ essent, declaravit sequenti viso, ut in spec. exempli  
V. Tribulatio ex 6. videre est. Viderat illa persona Christum  
ad Altare stantem, & infra tres Moniales flectentes.  
harum primam accedens Christus, suaviter eam allocutus est  
& postea SS. Corpus suum tradidit. Subinde ad alteram pro-  
gressus, duris verbis, & torvo aspectu eam castigavit, summa-  
que etiam SS. Corpus suum porrexit. Tandem ad tertianam  
ergens, non verbis tantum, sed etiam verberibus eam plu-



mis afflixit, & tum demum SS. Corpus suum præbuit. Cum  
autem persona illa hujus explicationem peteret, respondit  
Christus; Primam quidem Monialem sibi charam esse, sed  
quia non nisi consolationes appetit, non esse eam tam cha-  
ram sibi, ac secundam, ut quæ etiam durius ab ipso tractata ab  
ejus servitijs non desinat; veruntamen, quia, si graviores es-  
tent tentationes, animo & proposito desiceret, ideo tertiam  
sibi charissimam esse, ut quæ nullis adversis rebus fese ab ejus  
amore, & servitio permittat absterri. Idem etiam alteri  
Religioso indicavit DEVS, ut ex fide digna relatione habe-  
tur; dum ostendit ei duos Religiosos orantes, quorum alter  
coronam proximè capiti imminentem habebat, ab alterius  
verò vertice similis corona plurimum adhuc distabat. Cum  
ergo Religiosus ille utrumque ad se vocasset & interrogasset,  
quianam illis oratio successisset? respondit prior, pessimè eam  
sibi successisse, & se aridissimum fuisse, posterior verò dixit, nun-  
quam se copiosiores consolationes sensisse. Quo auditio intel-  
lexit Religiosus, qui hæc viderat, priorem multò plus suā  
oratione aridâ meruisse, quam posteriorem. Poterit etiam  
ad hanc rem melius declarandam ut similitudine canum ve-  
naticorum, qui utique gratiores sunt suis dominis, quam Me-  
litæ i catelli, licet his cibos longè meliores offerant, & ma-  
nibus palpent. Ita se res habet cum ijs, qui abundant, & qui  
carent consolationibus. Hinc aliquando Dominus ad S. Ger-  
trudem dixit: Bloso teste in Mon. Spir. c. 3. Vellem electis  
meis persuasum esse, quod eorum bona Exercitia & opera  
omnino mihi placeant, quando ipsi servient expensis suis.  
Illi autem expensis suis mihi servitium præstant, qui, licet sa-  
porem devotionis minimè sentiant, fideliter tamen, ut pos-  
sunt, orationes, & alia exercitia pia peragunt, confidentes de  
pietate mea, quod ego illa libenter & grata suscipiam. Pleri-  
que sunt, quibus si sapor & consolatio interna concederetur,  
non eis prodesse ad salutem, & meritum ipsorum valde mi-  
nueretur. Alias docuit DEVS eandem Virginem, ut in insi-  
nuatione ejus legitur, quod, cum quispiam orando vel me-  
ditando dirigir mentem ad DEVVM, tunc ante thronum glo-  
riæ præsentet DEO quasi Speculum miri splendoris, in quo  
Dominus bonorum omnium immixtæ imaginem suam ju-  
nctissimè speculatur; & quando homo propter impedi-  
menta

menta, cordisque instabilitatem majori difficultate hoc  
quantò gravius & patientius laborat, tantò speculum  
venerandæ Trinitatis, omniūque Sanctorum venustis  
que ornatius appetet. Denique ad hunc finem non mo  
proderit Historia illa, quam cit. Ludovicus Bloßius in Mo  
spirituali narrat sequentibus verbis: DEVS cuidam am  
suo mira per internam illuminationem revelabat; sed iso  
bat Dominum, ut, si ei placeret, auferret ab ipso hujus  
gratiam. Itaque Dominus subtracta illa gratia per qu  
quennium dereliquit eum absque consolatione in ma  
tentationibus, angustijs atque calamitatibus. Et cùm  
quando vehementer fleret, & duo Angeli eum consolati  
lent, dixit ille, se nullam consolationem petere, sed abu  
sibi sufficere, si gratissima DEI voluntas in se perficeretur.  
ipse coram DEO purus intrinsecus esse, cīque placere po

IV. Tertia tentatio oritur ex eo, quod à Superiori  
non videantur amari, ideoque non applicentur ad honori  
officia, sed perpetuis increpationibus vexentur. Contra hi  
tentationem sic eas munit. 1. Proponat exemplum C  
fili, qui usque ad 30. annum obscuram vitam vivens, subd  
erat parentibus suis. 2. Jubeat meminisse, ad quem fin  
venerint in Religionem: nonne ut eligerent abjecta eis  
domo DEI sui magis, quam habitare in tabernaculis pe  
torum? gaudeant ergo sibi occasionem offerri finis sui ob  
nendi, & cā sedulō utantur. 3. Demonstret illis, omnia  
ficia suam dignitatem & excellentiam desumere à volun  
te DEI, illūmque à DEO copiosius honorandum, qui  
cium ab eo impositum perfectius impleverit, perinde  
comedia non attenditur, quam personam egerit Actor,  
quam bene. 4. Ostendat illis commoda; quā afferunt  
milia officia præ altioribus. Nam minus periculi in illis  
peritur vanæ gloriae & præmij per eam perdendi: pur  
est intentio, & hoc ipso major à DEO benedictio: mino  
bus talentis ad ea opus est: curas minores requirunt: co  
solutiones divinæ in ijs sunt frequentiores: Proximus ma  
inde ædificatur: Charitas fraterna mirè per ea augetur,  
conservatur; omnes enim diligunt eos, qui se ipsis subiici  
& onera pro ipsis portant: Superiores valde recreantur,  
multis curis sublevantur, quas alioqui suscipere deberet

dum timent, ne imponendo vilia officia subditos offendantur.  
Securius possidentur, quia pauci sunt, qui ambiant illa. 5.  
Demonstret illis, nullam familiaritatem esse magnificac-  
dam & appetendam, quam cum DEO; ad hanc vero semper  
illis januam esse apertam. Hortetur ergo illas, ut in hac ten-  
tatione constituta imitentur Rachelem Monialem, quae, cum  
a Judaismo ad veram fidem conversa, nunquam in monaste-  
rio visitaretur, ut ceterae Moniales, reliquis ad portam gar-  
rientibus, ad altare cubiculi sui accessit, & B. Virginem aut  
Christum rogavit, ut & ipsi eam ad colloquium admitterent;  
magisque consolata discessit, quam si ad portam cum aliis  
fuisset locuta, ut in Spec. Exempl. V. MARIA ex. 10. videre  
est. 6. Hortetur eas ad imitandum exemplum S. Catharinæ  
Senensis, quæ, ut levius ferret vexationes Parentum & Dome-  
sticorum. Christum in parente, B. Virginem in matre, in re-  
liqua familia Apostolos sibi imaginabatur.

V. Quarta tentatio oritur ex vitiis & peccatis quotidiani-  
nis, in quæ solent incidere, & ob quæ non modice anguntur  
quandoque Moniales. Contra hanc ergo temptationem sic eas  
muniatur. 1. Jubeat illas meminisse conditionis humanæ,  
atque in memoriam illis revocet dictum B. Aloysij, quo di-  
cere solebat, nimiuni de levibus & quotidianis erratis affli-  
gi, indicium hominis esse semet ignorantis; qui enim se nô-  
rit, non posse esse nescium, horum suum tribulorum ac spi-  
natum suâpte naturâ feracem esse. Hinc ille adversus errata  
quotidiana hac oratione utebatur: Eu mi Domine, quam  
fragilis suni, & miserabilis! quam proclivis ad lapsum! Igno-  
rare mihi Domine, & gratiam concede, ne idem peccatum ite-  
rum peccem, & tum quiescebat. 2. Persuadet illis, quod,  
quemadmodum infirmus tendens in certum locum, etiamsi  
sæpius ex infirmitate caderet, certò tamen veniret ad locum,  
si post casum mox resurgeret, ita & animam, quæ tendit ad  
cælum, certò eò perventuram, licet quandoque per peccata  
venialia labatur, modò resurgere citò conetur. 3. Pari mo-  
do persuadeat illis, quemadmodum pater infanti suo ob mor-  
bum cadenti potius condolet, quam indignatur; ira DEVM  
quoque animæ ex infirmitate cadenti non modò graviter non  
indignatur, sed potius condolitur, mediâque ad infir-  
mitatem curandam suppeditaturum. Inò DEVS singularem  
hono-

honorem accipit ex talibus erratis, uti ipsem et quondam bene Gertrudi dixit; cum enim haec propter minutum erat. S. multum angeretur, rogaretque Christum, ut ab eo ipsius que beraret, respondit blandè Christus: Et quare velles, ut humi magno honore privarer, & tu ingenti præmio careres? Cont grande nimis præmium lucraris, quotiescumque illum exper similem defectum recognoscens proponis de cætero eum præi tare; & quandocunque quis studet pro amore meo de Paul suos vincere, tantum mihi honoris & fidelitatis exhibet quantum miles exhiberet domino suo, si strenue seipsum bello inimicis opponeret, eosque viriliter expugnaret, nem prosterneret. Blos. c. 4. Mon. Spir.

## §. X.

**Quid circa Instructionem illorum, qui Statu Matrimoniale suscipere volunt, sit observandum.**

I. **Q**uanti faciendus sit Status Matrimonialis, S. Fran<sup>19.</sup> cus Salesius p. 2. Regul. c. 4. sequentibus verbis demonstrat: Honorabilis res prorsus Matrimonium est, ita & quoad partes omnes, quas in se complectitur, sive spes debet finem, sive principium, sive modum contrahendi, sive prejuge nas eò spectantes consideres; sive etiam expendas ingenio ex eo provenientia, emolumenta; per illud enim orbis Furi plotur incolis, & calum restauratur Electio. Quare mensura, magna adhibenda est diligentia, ut non modò cum dilectione consideratione & maturitate talis Status suscipiatur; verum ac de etiam cum magna integritate & cattela continuetur; & sic DEO visum fuerit, pari cum laude ac commendatione nioriatur. Quæ omnia, quâ ratione docere debeat Operarius, hoc §. ostendetur.

II. Et 1. quidem ipsam hujus Status electionem patet artihet, ante omnia curandum est, ut non nisi in & cum Christo eligatur; ideo enim Christus Nuptijs in Cana Galilæa asserte esse voluit, ut significaret, infaustum fore Matrimonium nisi ipso per gratiam suam & benedictionem praesente futu piatur. Porro ut tali modo eligatur, sequentia tria balio inculcare Sponsis futuris debet Operarius. Primum est, to ve